

Von etwas späterer Hand sind beigelegt auf S. 15 der bekannte Vierzeiler über Adam und Christus:

‘Arbore sub quadam dictabat clericus Adam’¹ u. s. w.

S. 35: Cum fex, cum limus, cum res vilissima simus,
Unde superbimus? in terram terra redimus².
Si tibi gratia, si sapientia formaque detur,
Destruit omnia, sola superbia si comitetur.

S. 65: In vectio contra goliardos.

Rura tibi, mannus³, domus, esca, pecunia, pannus
Deficiunt: annus abit; hostis es, immo tyrannus.

Turpis es et lentus; te frigidus et violentus
2080 Excruciat ventus: fluxit tua grata iuventus.

Corpore detecto plerumque iaces sine tecto
In terre lecto, resonas⁴ male ventre relecto.

Corporis et mentis — utriusque malum cupientis —
Crimina, que sentis, pertranseo more tacentis.

2085 Non urbs sive pagus retinent te nec cava fagus,
Non plaga, non pelagus: degis in orbe vagus.

Discolor ut pardus pungis sterilis quasi⁵ cardus;
Ad potum tardus non es, cum sis goliardus.

Verbum divinum, qui potas ante caminum,
2090 Respuis et dominum, venerans super omnia vinum.

Passurus clades aliis potare suades;
Vino sepe mades, deficiendo cades.

Potibus intentus homo fetidus et temulentus
Es circumventus⁶, tibi noxius et truculentus.

2095 Quando docet doctus, doctrinam caumate coctus
Despicias indoctus: tua mens non percipit hoc thus.

Oscula materna fugis et documenta paterna;
Deseris eterna bona pro brevitae moderna⁷.

Vilis et ignotus, ab utroque parente remotus,
2100 Nudus et illotus stas in putredine totus.

1) Bei Hauréau, *Mélanges poét.* d'Hildebert p. 173 hat das Stück noch zwei Verse mehr. 2) Diese zwei Verse mit zwei anderen verbunden siehe N. A. XXXI, 579. 3) Darüber die Glosse 'palafredus'. 4) Das s am Schluss auf Rasur; vielleicht stand 'resonans' da. 5) 'pungis sterilis quasi' auf Rasur. 6) So die Hs. 7) 'moderna' auf Rasur.